

Digitized by Google

Cat. 176 x

CATALOGI

BIBLIOTHECAE SECUNDI GENERIS PRINCIPALIS
DRESDENSIS

SPECIMEN SECUNDUM

IOANNI
SERENISSIMO DUCI SAXONIAE

ETC. ETC. ETC.

RITE PIE GRATE

OFFERT

DR. *JULIUS PETZHOLDT,*
BIBLIOTHECAE CUSTOS REGII SEMINARII PHILOLOGICI ET SOCIETATIS GRAECAE SODALIS.

LIPSIAE,
PROSTAT IN LIBRARIA A. F. BOEHME.
MDCCCXL.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
...LA
MONACENSIS.

Digitized by Google

Specimen catalogi bibliothecae TUAE, CELSISSIME PRINCEPS, primum jam sequitur alterum: id quod laude TUA, qua illud acceptum sit, eadem acceptum iri spero ac precor.

Classe librorum et voluminum circiter mille philologica ordine eo, quo philologicam doctrinam in specimine primo disponendam esse docueram, disposita, jam ad theologica paratissime me converti: quorum ordinem, ubi nova scribendi data fuerit occasio, recensere non dubitabo. Interea autem TE, CELSISSIME PRINCEPS, de quibusdam codicibus, qui in bibliotheca TUA asservantur, manuscriptis edocere placuit.

La hystoria di Piramo et Tisbe.

Codex membranaceus XV—XVI saeculi, perspicue et bene scriptus, digitorum $7\frac{7}{8}$ altitudine et $5\frac{3}{4}$ latitudine, 30 foliis, quorum pagina 18 lineatis versibus utitur plena, contentus. [MA. 3353. Vol. cor.]

Cf. Serapeum. *Zeitschrift für Bibliothekwissenschaft, etc. Leipzig. 8. 1840. pp. 39—41.*

Digitized by Google

Regulae Sanctissimi Benedicti Abbatis. etc.

Codex membranaceus XV saeculi, literis gothicis perspicue et bene scriptus, digitorum $2\frac{1}{4}$ altitudine et $2\frac{1}{4}$ latitudine, 148 foliis, quorum pagina 22 versibus utitur plena, contentus. Margo foliorum superior admodum angustus atque hic illic secando paululum laesus. [A. 3072. Vol. cor.]

Literae initiales pictae atque auratae: f. 15b O(bsculta) in quadrato picta, totam fere implet paginam et figuram continet Sancti Benedicti, in cella ad pulpitum sedentis praescribentisque regulas; f. 20b M(onachorum) in quadrato picta, complectitur figuras, ut videtur, sanctorum, viri et feminae, vestibus, quibus monachi de regula Benedicti utuntur, insignium.

ff. 1—2 vacant. ff. 3a—11a Calendarium. f. 11b vacat. ff. 12a—13a **libri** (sic) **cenobii dreſidens: de regula sanctisimi augustini abbatis:** quem catalogum manu recentiori scriptum in specimine primo pp. 13—15 juris publici feci et nuper in Serapeum. *Zeitschrift für Bibliothekwissenschaft, etc. Leipzig. 8. 1840. pp. 42—43.* illustravi. ff. 13b—15a vacant. f. 15b **Incipit prologus in Regulas Sanctiſſimi Budicti Abbatis.** Obsculta etc. — f. 18b **Explicit prologus. Incipit Regiſtrum in Regulam Sancti Benedicti Abbatis.** — f. 20b **Explicit Regiſtrum. Incipit Regula Sanctiſſimi Bene-**

Digitized by Google

dicti. De Generibus monachorum. Caput primum. Monachorum etc. — f. 74b. Explicit regula ſancti Benedicti Anno domini 1462.: quem regularum librum in 73 capita distributum jamjam aliunde exhibuit Codex regularum. Parisiis. 1663. 4. P. II. pp. 5—40. f. 75a Incipit Regiſtrum in regulas Sancti Benedicti abbis (sic) per Alphabetum. — f. 80a. f. 80b Duodecim gradus humilitatis metrice et Septem gradus diſcipline. f. 81a Incipit vita Sancti Benedicti metrice. Gregorius (Dialog. Lib. II.) Sancti ſcribit vitam Benedicti. — f. 82b Explicit vita ſancti Benedicti. De parentela et origine ſanctiſſimi Benedicti abbatis patris mei: — f. 85b. De dignitate et magniſicentia Ordinis Sancti Benedicti. — f. 86b. Sequitur de antiquitate ordinis ſancti benedicti et aliorum ordinum per metra. — f. 87a. Incipit formula honeſte vite Sancti Bernhardi abbatis vtilis omnibus conſeruantibus. — f. 93b Explicit formula honeſte vite ſancti Bernhardi abbatis. Cf. Bernardi Opera ed. Mabillon. Parisiis. 1719. fol. Vol. II. pp. 811B—813B. Modicum compendium ſed multum vtile ac pulcherrimum magistri Hainrici de Haſſia. — f. 97a Explicit. f. 97b Ex tractatu de imitatione chriſti primo de contemptu omnium vanitatum mundi. — f. 116a Explicit. Eu primum librum tractatus ejus celeberrimi, cujus dubitamus num Joannes Gerson an alius fuerit auctor, fere totum, capi-

Digitized by Google

tibus 3. 7. 18. 21. 23—25 omissis mutatoque ordine reliquorum 1. 12—17. 19. 20. 22. 2. 4—6. 8—11 capitum: librum, cujus contextum in codice exhibitum notavi ab eo, quem G. de Gregory in Editione II, Parisiis. 1833. 8. dedit, dissentire ita: Cap. 1. §. 1. velimus — sit vitam ꝯū' (sic) meditari §. 2. Doctrina Christi — spiritum Christi — Christi verba — §. 3. justum et sanctum — bibliam corde tenus — prodesset tibi — gratia dei — §. 4. oportet graviter — longam vitam sperare — vita parum curare — diligere illud quod — gaudium manet §. 5. Memento frequenter illius proverbii quia non satiatur oculus visu neque auris impletur auditu Stude — Cap. 12. §. 1. est nobis — habemus aliquas adversitates et contrarietates ac gravitates — re mundi — quod aliquando patiamur aliquas contrarietates et quod male — juvant saepe — foras — bene nobis — §. 2. Ideo debet se homo ibi in deo taliter firmare ut non — multas humanas consolationes — sibi magis — nihil boni se posse deprehendit Tunc etiam tristatur gemit — vivere et mortem — perfectam securitatem — posse constare — Cap. 13. De tentationibus resistendis — §. 1. locum inveniret — sed semper circuit — perfectus est et sanctus — habet — quia plene — possumus — §. 2. homini saepe valde — quia in illis — humiliatur et eruditur — qui bene tentationes — nec locus — §. 3. tentatione vel tribulatione — felicitatis nostrae — §. 4. redeunt et pejus sentiet — Saepius accipe — §. 5. animi inconstantia et parva — Vigilandum est tamen praecipue — facilius vin-

Digitized by Google

citur si hostium mentis — ingreditur hostis malignus ex toto — fit debilior — §. 6. quidam autem in fine quidam vero quasi — Nonnulli vero — merita hominum — §. 7. quatenus nos in omni tribulatione dignetur adjuvare — Pauli talem faciet — sub potenti manu — §. 8. sit devotus — in parvis quotidianis saepe — Cap. 14. §. 1. Si deus esset — Sed saepe ab intra aliquid — quando res pro eorum velle fiunt et sentire Si autem aliter fit quam cupiunt cito movebuntur et tristes fiunt Propter diversitates — §. 3. difficulter dimittitur et relinquitur — Christi Jesu (xp̄ī ch̄ū) — sibi perfecte nos — Cap. 15. §. 1. opus bonum — intermittendum est aut etiam pro — hoc enim — nihil prodest Quidquid — parvum fructuosum efficitur totum — quis facit quam quantum facit §. 2. Multum facit qui rem bene facit Multum facit qui magis — affectus commoditatis — §. 3. gloriam solummodo — bona optat — refert a quo finaliter — verae caritatis haberet profecto omnia terrena plena fore vanitatis utique sentiret — Cap. 16. aliorum in religione — §. 1. Quae homo — Cogita quia forte sic — nostra merita — deus tibi dignetur — §. 2. Sed quis semel aut bis — committere — voluntas ejus — malum bene — tuum beneplacidum — Libenter habemus — §. 3. stricte — et ipsi corrigi nolumus Displicet larga aliorum licentia et tamen nolumus nobis negari quod petimus — proximos — essent omnes — pro deo ab aliis — §. 4. oportet nos invicem consolari — adjuvare et instruere et admonere Quantae autem virtutis quisque fuerit — Oc-

Digitized by Google

casiones enim — Cap, 17. §. 1. et inibi sine — fidelis permanere — §. 2. modicum conferunt — inveniat — stare diu — vel ad fabulandum — propter deum voluerit se — Cap. 19. §. 1. videtur hominibus — Et merito multo — atque dicere Adjuva me domine deus — §. 2. nostrum cursus — quid ille — in gratia dei positus (sic) quam — in quo semper — §. 3. animi aut negligentia — sentietur Exteriora nostra — ad profectum — §. 4. in his saepius forsan offendisti deum — vir contra — assumenda §. 5. Cavendum tamen est ne — ultra vacat — devotio tua — unum exercitium — deservit. Etiam pro temporis exigentia diversa — cum tentamur libet — §. 6. praemium labores nostri — §. 7. bene praeparatos atque indignos tantae adhuc gloriae — praeparare Cap. 20. §. 1. tibi et de beneficiis — tales perlege — praestant — et otiosis circuitionibus et a novitatibus nec non et a rumoribus — aptum pro bonis — et ideo in secreto — §. 2. confabulamur Facilius est domi — doclinare Nemo secure loquitur nisi qui libenter tacet Nemo secure praecst nisi qui libenter subest Nemo secure praecipit nisi qui bene obedire — nisi bonae conscientiae testimonium habeat — §. 3. in se humiles — fine in deceptionem sui — aut devotus eremita — §. 4. in aestimatione hominum gravius periclitati — careant tentationibus — spem suam in deo constitueret — §. 5. intra cubile tuum — principio conversionis tuae — tibi postea dilecta amica — §. 6. tumultum deget — se abstrahit — videri nolle etiam homines — §. 7. licet videre Transit

— dispersionem cordis importas — gaudium carnale — mordet et punit §. 8. Quid potes alibi videre quod hic non vides Ecce coelum et terram et omnia elementa nam ex istis omnia facta sunt Quid potes alicubi videre — sub sole — forsan — praecipit deus — aliquando delectat — Cap. 22. De consideratione humanae miseriae §. 1. te convertas nisi ad deum te convertas — super terra — tribulatione et angustia — quamvis rex sit vel — §. 2. ille habet — dives quam — ista omnia — sunt et valde incerta et magis gravantia — timore et sollicitudine — sed sufficit — Vera miseria — voluerit homo — melius et videt — corruptionis defectus — est miseria — §. 3. mundo A quibus propheta devote rogat liberari dicens — miseriam et amplius vae illis qui diligunt hanc miseriam et corruptibilem — aut meditando habeant — §. 4. in terrenis jacent — graviter sentiant — desiderium ipsorum sursum ad mansura — §. 5. adhuc habes — Surge ergo et — tempus est — est pugnandi — tempus est promerendi — te ire per — peccatum amisimus innocentiam amisimus — §. 6. horam agis — nos ipsos — §. 7. sit pax — cum nondum appareat vestigium vero (sic) sanctitatis — adhuc iterum instrueremur — de aliqua futura — proveatu — Cap. 2. De humili sentire sui ipsius §. 1. humilis rusticus — quam philosophus qui — cursu — qui judicaturus — §. 2. nimio sciendi desiderio quia magna invenitur ibi distractio — libenter volunt videri — scire parum vel nihil animae prosunt — aliquibus intendit — praestat ad deum

Digitized by Google

— §. 3. inde judicaberis — sanctius — multa scis et satis intelligis — quod sunt multa quae nescis Noli ergo altum sapere — utiliter aliquid — §. 4. Si videas alium aperte — non debes te tamen meliorem aestimare quia nescis quamdiu possis in bono stare Omnes — tu nēō (sic) fragiliorem — Cap. 4. §. 1. instinctu — narranti — humanam naturam et infirmitatem ad malum proclivam et in verbo — §. 2. in propriis sensibus — etiam pertinet — verbis hominum non credere — §. 3. et conscientioso viro — meliori — humilior et deo subjectior est tanto — Cap. 5. De lectione sanctarum scripturarum §. 1. non eloquentia Omnis — quam subtiliorem sermonis — te offendat — §. 2. sed verbum domini — esset transeuntem — audi tāta (sic) verba sanctorum nec — Cap. 6. De inordinatis affectionibus §. 1. aliquid inordinate — qui nondum perfecte nisi mortuus — carnalis et ad — se potest — abstrahere — indignatur — §. 2. concupiscit statim ex remo͡su (sic) gravatur — juvit ad pacem suam quam — homine exterioribus — fervido et spirituali — Cap. 8. §. 1. quae de uocōīs (sic) sunt — §. 2. habenda est — Quantoque accidit quod persona — fama bona lucescat cujus tamen praesentia — Putamus aliquando aliis placere ex dūīccōe (sic) nostra — ex morum — Cap. 9. §. 1. praelato vivere — §. 2. agit libenter — sentiunt Si deus est inter nos necesse est — etiam quandoque nostrum — scire potest — etiam libenter aliorum — ipsum deum — §. 3. audire aut accipere — unicuique — acquiescere aliis — superbiae et pertinaciae —

Digitized by Google

Cap. 10. De cavenda superfluitate verborum §. 1. multum enim — saeccularium negotiorum etiamsi — inquinamur veritate et — quare tam libenter loquimur — tamen raro sine — conscientiae ad — Ideo tam libenter loquimur — quae multum diligimus vel cupimus — contraria sentimus — loqui vel cogitare — §. 2. incustodiam nostri Juvat — spiritu et animae (aīe) — Cap. 11. acquirenda — §. 1. possemus — si non vellemus — dictis aut factis et quae — spectant occupare — manere — §. 2. quia omnino se ipsos mortificare — libere sibi — occupamur propriis — et transitoriis — Raro etiam unum vitium — non accendimur Ideo — §. 3. nobis ipsis perfecte mortui et interius minime — sanctorum viam — deicimur (sic) — §. 4. Ipse enim — religionibus — §. 5. modo e contrario — videretur — posset retinere — tunc possemus cuncta postea facere — §. 6. Grande est — sed gravius — malam dedisce consuetudinem — te ipsum — sollicior — profectum. Amen. En varias codicis lectiones: et lectiones eas plerasque jamjam aliunde in editionem, quam Gence curavit, Parisiensem 1826. 8. receptas esse animadverti. ff. 116a—141a tractatus, qui ad vitam monasticam spectant, potissimum ex libris patrum ecclesiasticorum, Augustini, Bernhardi, Ambrosii, Isidori, Jeronimi aliorumque excerpti. ff. 141b—144a omnino praeter f. 143b vacant. ff. 144b—146b benedictiones simul cum fine **Per fratrem Hainricum Pittinger Scriptum Anno grē 1462 tercio Kalendas Marci**: et epilogo. ff. 147—148 vacant.

Digitized by Google

Ceterum notare licet, codicem fuisse quondam monasterii cujusdam Dresdensis, testibus iis, quae f. 3a ad calcem recenter scripta sunt, verbis **liber conuentus** (sic) **dreßdenß:**, nescio an Augustinianorum, — id quod, quum catalogus librorum in coenobio Augustinianorum Dresdensi asservatorum ff. 12a—13a inscriptus sit, satis probabile esse, non est, cur dubitemus. Ac si quis probaverit, is codicem fuisse eum, quem catalogi auctor s. n. 32 **item** (scil. **regule**) **ß. benedicti abbis** (sic): notaverit, facile concedet.

Jesu Christi Leiden und Sterben in Gebeten.

Codex membranaceus nescio an XVIII saeculi, perspicue et eleganter scriptus, digitorum 9½ altitudine et 7 latitudine, 22 foliis, quorum paginae, posterioribus literarum vacuis, anteriores utuntur 14—18 versibus, contentus. [A. 2906. Vol. cor.]

ff. 1 & 22 vacant. ff. 2—21 Preces, quippe quae eo consilio conditae sunt, ut, qui tabulis per folia insertis utuntur, iis serviant. Tabulae eae sunt viginti una, chartaceae substrato linteo, aeri incisae et splendide pictae. Tab. 1. Titulus: Passio, Mors, et Resurrectio, Dn. nostri Jesu Christi. Ex Joannis Stradani Brugensis delineatione. Philippi Gallaci cura in aes incisa, et edita., et Dedicatio: Illustrissimo S. R. E. Cardinali et Archiepiscopo Florentiae, Alexandro Medices, Joannes Strada-

Digitized by Google

nus Brugensis pictor humillime dedicabat. et Tessera: Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra livore ejus sanati sumus. Esa. 53. Tabb. 2—21 delineationes, quarum in fronte ex testamento vetere et ad calcem ex novo adscripti sunt loci. Ceterum quae Solms, codicis olim possessor, de eo f. 1a adnotavit, ea addere licet. Diese Paßion in 20. Blättern ist von Johañes Stradanus, einem berühmten Mahler aus der Flandrischen Schule ohngefehr Ao. 1555. in Florenz, wo er den Pallast des ErzBischofs ausmahlen müßen, gezeichnet, also die Jahr Zahl 1529. so auf den Tittel (ad calcem dedicationis) geschrieben, falsch, denn Stradanus war erst 1536. gebohren, er hat eigentlich 37. Blätter von der Paßion gemahlt, und Philip Galle und Golz haben solche in Kupferstich herausgegeben. Theodorus Galle, Johann Collaert, Adrian Collaert, Johann Wirix und Crispin de Pas, alles gute Kupferstecher haben daran gearbeitet. Stradanus starb 1605. zu Florenz. Die Illuminirung der Kupferstiche ist mit vieler Kunst, vielleicht noch bey seinem Leben angebracht, aber die schönen Gebete scheinen neuer zu seyn, da kein Merckmahl daran, daß sie aus dem Catholischen gekommen. Ich habe es aus der Auction der Bücher Graf Albrechts von Schönburg Glaucha, (quem codice ab anno 1741 usum esse Tab. 1b notatum est,) der alle Bücher mit seinem Nahmen beschmierte (Tab. 1a. b.), erstanden. 1779.

Meß Gebetter.

Codex membranaceus XVIII saeculi, perspicue et

bene scriptus, digitorum $5\frac{7}{8}$ altitudine et 4 latitudine, 53 foliis contentus. [A. 3069. Vol. cor.]

ff. 1 & 53 vacant. f. 2 titulus. ff. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 21. 23. 25. 27. 29. 31. 33. 35. 37. 39. 41. 43. 45. 47. 49. 51. 52 preces liturgicae, limbis ornamentisque extremis, quae calamo descripsit auctor, exornatae. ff. rell. tabulae cum industria sed sine arte depictae, quarum index hic est: 4 Christus in oliveto precatur, 6 Christus deridetur, 8 Christus accusatur, 10 Petrus se Christi esse ter negat, 12 Christus ut interficiatur petunt, 14 Christus damnatur, 16 Christus crucem fert, 18 Christus cruci affigitur, 20 Christus septies in cruce loquitur, 22 Christus moritur, 24 Christum filium Dei esse agnoscunt, 26 Christus sepelitur, 28 Christus prodit, 30 Christus in coelum evehitur, 32 Christus ad dextram Dei sedet, 34 Maria mater, 36 S. Josephus, 38 Anna mater, 40 S. Genius, 42 S. Ignatius, 44 S. Xaverius, 46 S. Franciscus, 48 S. Davides rex, 50 S. Antonius.

Ceterum codex videtur ex alio antiquiore, nescio an XVII saeculi, descriptus esse: certe quaedam, quae ad orthographiam spectant, peculiaria antiquiorem quam literarum ductus sapiunt aetatem.

Officiosa pietatis exercitia.

Codex membranaceus XV (vix XIV) saeculi, perspicue et bene scriptus, digitorum $7\frac{1}{4}$ altitudine et $4\frac{1}{4}$

Digitized by Google

latitudine, 82 foliis, quorum pagina 22 lineatis versibus utitur plena, contentus. Margo foliorum superior admodum angustus atque hic illic secando paululum laesus. [J. J 3. 37. Vol. cor.]

De codice eo, elegantissimis picturis exornato, sive in tertio specimine sive in Serapeo plura exponam.

Digitized by Google

MISENAE,
TYPIS C. E. KLINKICHTII ET FIL.

Digitized by Google

Digitized by Google